AD CAROLUM SECUNDUM, BRITANNIAE REGEM.

Protrepticon.

Excudebat, Anno Dom. 1649.

AD CAROLUM SECUNDUM, BRITANNIAE REGEM Protrepticon.

NOn ego Parnassi peragrans Juga, non ego Pindi;
Totus Grampiacæ sed Barbarus accola ericę
Paganus; laurum nunquam qui dente momordi,
Pireneśve bibi latices, neque Sacramentum
Servavi *Phœbo* dictum tyrunculus atque
Transfuga musarum é castris; ad mystica vatum
Non audens deferre meum miserabile carmen,
Una peto jam summe Deus tua numina cœptis
Adspirare meis. Musi, & Apollinis antro
Sim licet indignus, quicquidque indulsit inepto
Peccanti tua larga manus; pro sanguine Christi
Da veniam culpis, totiusque ablue gentis
Fonte Sionæo sordes, & Spiritus afflet
Ille bonus me rite tuus, mihi verba, modosque
Dictitet innocuos; sancto ut correpta furore
Mens agitetur inops; & quas veneranda minatur
Ira Dei pœnas meritas, avertere in hostes
Te precer Armipotens, pereant ut morte nefandi.
Nunquid hyems sævis unquam tam dira pruinis
Arctoo incubuit populo? non frigore tanto
Calcat Hyperborei constricta equoris undas
Ursa ferox. Propriâ dimota Britannia sede

Vlterior

Ulterior Thulê ni veam jactemur ad Austros,
Continuis immersa malis. Invisit at urbes,
Et mores hominum prudens cognovit Ulysses,
Ebibit & Circês innoxia pocula, cœnasque
Alcinoi gustavit ovans; hunc unda natantem
Sævius imperiit decimo tantummodo Fluctu:
Vidimus Antiphaten nos certê, hominumque voraces
Lęstrigonas, nec adhuc satiatos sanguine fratrum:
Et cum Scylla fuit vitata, en fevior illâ
Atq; obęundam offert fese maesana Charybdis.
Monstra quid enumerem tumidosque in gurgite fluctus:
Oppressere decem certo fine dolorum
Nos toti miseros anni; decimusque tenebris
Gentem Ægyptiacis Scotam, nunc lethifer omnê
Obruit (extincto nostri heu lumine Phœbi!)
Sydereas unâque faces extinxit; & omnem,
Libertate fuit bona qua, Respublica quondam
Freta Britannorum, nigris sic mersit in undis,
Ut neque sit reditus neque sit spes ulla salutis.
Nuper enim æquali Regem charúq; Regenti
Parca tenax recti populum suspendere *Libra*
Tentabat, (quod utroque Status quoque pollice multum
Laudârant,) cunctisque bonis optata redibat
Gratia, Rex solio magnus resideret ut alto
Ipse suo: donec virosis concitus œstris,
Scorpius exagitare Anglos armenta per agros
Cœperat (heu dirus cunctis!) tum deinde *Sagittis*
Iste potens, alisque feris exercitus armis
Insultans, Stygiis toto cum lumina Phœbi
Zodiaco demersit *aquis*; ut *piscibus* ipsis
Insula nostra premat majora silentia mucis,
Quidnã homines sperare queant, quando ista minaci
Insultare manu in Cœlos fera turba Gigantum
Non dubitat: quibus ara licet sonet omnis summo

Despicere in secreta Dei, nimiumque profunda.
Vir gregis interea caveat, tum cum grege *Taurus*
Armenti ipse Pater; late per cuncta vagante
Militia: illi etiam *Gemino*s dissolvere Fratres
Castora Pollucemque diremptо fœdere sacro
Solliciti, Cœlis ipsum exturbare LEONEM
Nituntur cum stirpe, solum & munimine nostrũ
Antiquo nudum (jubeat quodcunque voluntas)
Linquere prædanti; *Virgo* ut quę terra repulsam
Sępius obtulerat, se animo submitteret æquo,
Illatamque sibi jam vim pateretur inultam.
Sic itaque iste ferox sævæ tutamine *Caudæ*,
Æacidûm incedens animis, gressuque superbo
Ingrediens, pro Sole gerit, Brumamque minatur
Perpetuã; ut Zephyrus, volucris quoq; nũcia veris,
Non redeant; Æstas & solo Marte calescat;
Nec quisquã autumnũ speret, cũ vix sit in herbâ
Ulla seges. Talem Phaethonta Britannia Mundo
Educat ipsa insulsa suo; jam incendia cujus
Æmulus Eridani gelidis restinguere rivis
Audeat haud Tamesis, Boreę haud viciniorHumber;
Fortha nec in fluctûs valeat tesolutus amaros,
Tot modo dispersis Lancastra per arva catervis.
At Deus a nobis divisi flumina mundi
Imperiûmque effundet aquas, fontesq; resolvet;
Secretosque poli latices depromet ab atris
Nubibus, indomitas totum ut mare surgat in undas,
Deucalionæo & majus nostro inferat orbi
Diluvium, quo non Siculum mergãtur in altum
Terrâ enati omnes, in summos sulphura cœlos
Ructaturi inopes; Stygiâ sed compede vincti
Exceptiq; Acheronte, feris, Phlegethontis in undis,
Ardescant flammis, quas nemo extinguere possit.
Mentior? an frendens rugire Leunculus agris

Detrusus. Quisnam hoc Regum tolerabit in ultrũ?
Regibus Armipotens semper victricia præfert
Signa Deus, totum nutu qui temperat orbem.
Sic uni sua jura dedit veneranda *Moysi*,
Duceret ut populum a Nilo, domuitque rebelles
Dathanem & socios mirando in Chasmate mersos
Principibus parere jubens: sic ulla Saülis
Segmina deprênsi cæcâ, de veste, cavernâ
Horrescit, Rex ipse licet, qui carminis Author
Divini, rapere: horrendâ neque strage madenti
Permittit Solymarum urbi Deus ille Deorum
Carcere vel terro passim scelus omne patrantem
Claudere Manassem, gladiove ferire nefando.
Sic placuit punire suos Idôla colentes;
Ut populus resipiscat iners; utq; exulet undam
Ad dominã *Euphratis* Rex ipse, atq; ad meliorẽ
Manasses redeat frugem. ô veneranda potentis,
Non scrutanda arcana Dei! Quis Rege parente,
Quis Carlo majore cluit laudatior? unum
Si Christi regimen subjecta in colla suorum
Imponi placuisse sibi sanxisset, & omnem
Romanæ reliquam Circes tam fœdere sacro
Fæcem ejurasset, phaleratam & cum grege toto
Pontificis pompam: Nunquam *Toleratio* dira,
Nunquam in præclarum Domini repsisset ovile
Bellua multorum capitum: Quas Loyola miles
Strenuus evomuit tetro *Plutonis* ab antro
Ipse sui, innumeris vexans nostra arva locustis.
Nulla hîc narratur mœsto recitanda Tragœdo
Fabula, fatidicæ sed quæ mage vera *Sibyllæ*
Oraclis toti misera experientia mundo
Dictitat. Hinc lachrymæ! Trinus sic ore rotundo
Respuitur Deus ipse, triceps ut Cerberus! ille
Christum hominem dixit, sed mendax numina mentis

Æterno: risitq; assus quoque flabile Numen.
Sydera cur Cœli, numeroque carentis arenæ
Enumerare atomos libeat? Non promptius iste
Expediat *Petrus*, quot curyo extraxerit hamo
Sterlingos sine fine asses ex hisce profundis
Seditionis aquis, stabili mercede rejecta.
Hæresium Oceano nunc Anglia tota labascit
Obruta, Scripturæ libri fundamine sacri
Quassato. Si dira suo hæc Gangræna tumultu
Longiùs in mundi corpus proserpserit, actum est;
De medio elatis sancti justique columnis.
Scotorum surge Alcide, clavamque capesse,
Dequetribu *Judæ* præeuntem assume Leonem
Signiferum: signaq; manu quod sanguine Christi
Sacratum prius est fœdus: tum fœderis ici
Esto memor servare fidem: nec ferre Potentis
Æquâ mente jugum pigeat; nec vindice dextrâ
Effrænos cohibere tuos, quicunque prophanus
Audeat hoc fœdus contemnere. Lucida fulci
Sydera: tuque orbis jamjam ruitura superbi
Mœnia restitue; & terris nunc redde Regentes
Assuetos; pulchra hæc ne in pejus machina mundi,
Quàm fuit ante, Chaos redeat. Tepura potentes
Auspice promissos habeat jam Ecclesia Reges
Qui foveant, plenis verbi quoque lacte tumentes
Reginas mammis, vna hæc sunt vota piorum!
Non vult Hispanos, non Itala castra, nec illos
Impia Romanæ meretricis vina bibentes
Signifer ille tuus. Mittat modò Gallia, quales
Senserat ad Tarni fortes benè avunculus undas
In Monte Albano (mihi dulcia pectora) cives.
Adsociet que suas misso cum milite naves
Rhenum fidos socios per Rhenum Berna fideles:

Sanguine quèis junctus (
Ante jugum) Danus populis nunc imperet acer;
Suecia vel domitâ clarissima nario nuper
Ipsâ Aquila, Scoto nunquam sine milite victrix.
Anglus & ille adsit, qui sanctè fœdus inivit,
Fœdifragi ut pereant; Hiberna ac agmina, cædi
Queis supereſſe darum, jurati de grege Christi:
Saxonicique duces (Britones quorum ante dederunt
Colla jugo; & cuncti nutrit quos lacte verendi
Sincero Verbi tandem Germania felix.
Verũ ut quæ volumus nostræq; optanda sacratę
Militiæ Auxilia haud veniant; si exercitus ille
Magnus *Hamiltonii* Ductoris fortia certe
Agmina diffusos non dispersisset in agros
Latiús, atque duces cepisset rite Ministris
Auspicibus; talem ex nobis decerpere laurum
Non potuisset inops & inanis pugna Gigantum;
Rexque Pater sobium major rediisset in altum.
Sed quamvis bellinervis numinisque & equorũ
Millibus atque armis spoliârint; Arma ministrat
Obvia quæq; tamen furor ipse. Accede *Josia*
O Juvenis; cape fatа manu: tu hoc fœdere vinces
Sancito, celebri minus haud in secla futuro,
Quam fuit ante Crucis signum, vel Apostolus ipse
Andreas nostris præses qui dicitur agris.
His laudetur equus, tantum qui pondus Juli &
Ferre humeris voluit mundi; petat ille volucrem
Castoris æripedem, miro vel Consule Caii
Gaudeat. Omne extra, dum qui vehat usq; periclũ
Sit tibi Bucephalus vitam: tum Pegasus alis
Usque vehat vivus superis, fontemque recludat
Monte Sionæo. Frustra spumantia mandet
Bistonius Martis sonipes sua frena, pecusque
Omnis gramineis quam nutris Anglia campis,
Corithâque fatierum [illegible]

Julii
fatiset
Incir
Cæli
faria.

Ite
in

Mittit in Europam proprio de nomine tellus
Barbara: Falcatis frustrá quoque curribus illi
Tela intentabunt enseſque in bella paratos,
Ni Deus armipotens, cui ſumma & ſola poteſtas,
Vincere cum paucis, tandem pia vota ſecundet.
Ante tuos ſtes Chriſte Deus; vibrato Sionis
Fraxineam de monte haſtam, tu pulvere plumbum
Excute ſulphureo; ſcutoque adjungito ſcutum:
Sirque Philippæâ legio magè firma Phalange
Scotorum; cunctis ſit pugna ſtataria tantum,
Vt *Jehoſhapheto* per ſumma pericla natanti
Prædixiſti olim: ſic *Cæſaris* ille Caballus,
Quem vngula fiſſa notat, duro in diſcrimine belli,
Sæpe remotus erat, trepidæ ne verſa dediſſet
Quiſquam terga fugæ: fidei modó lumina in unum
Defigant tunc rite Deum, qui ſola ſalutis
Anchora, qui tuti ſtatio placidiſſima portûs.
Non noſtra eſt, ſed pugna Dei: tu fulmina mitte,
Lęthifer, & fævos lapidoſus ſe imber in hoſtes
Grandinis effundat. Sapiens cur Stoicus orbi
Obtruderetur iners: Reſpublica ſola Platonis,
(Divinus licet ipſe cluat) te Chriſte, in inanem
Vtopiam, (vivûm ſit gens ubi nulla) jubente,
Deportetur inops. Vni ſervire Regenti,
Sit licet iſte gravis, multo præſtantius eſto;
Quam dare cervicis frangenda (heu!) colla capiſtris.

Trojani belli ſcriptorem, &c. Noſti benigne Lector cętera apud *Horat. Epiſt.* 2. *Lib.* 1.

FINIS.